

tor: sed ita, cum liber erit, utiliter datur. Proprius autem servus inuoluntate eo modo tutor datur.

Furius, vel minor viginti quinque annis tutor testamentato datus, tutor tunc erit, cum compos mentis, aut major viginti quinque annis fuerit factus.

Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub conditione, vel ante hæredis institutionem posse dari tutorem non dubitatur.

Certa autem rei, vel causa tutor dari non potest: quia personæ, non causæ, vel rei tutor datur.

Si quis filiabus suis, vel filiis tutores dederit: etiam posthumæ, vel posthumo dedisse videtur: quia filii, vel filia appellatione & posthumus, & posthuma continentur. Quod si nepotes sint, an appellatione filiorum & ipsi tutores dati sint? Dicendum est, ut & ipsi quoque dati videantur, si modo liberos dixerit. Caterum si filios non continentur, aliter enim filii, aliter nepotes appellantur.

Plane si posteris dederit: tam filii posthumi, quam ceteri liberi continentur.

JUSTINIANUS hoc loco docet generali appellatione posthumorum intelligi filios, liberisque posthumos, & quicumque post testamentum nascuntur ab illis, etiam si ante mortem testatoris, quamquam non comprehendantur, qui jam nati erant, cum testamentum scriberetur.

Porro autem ipsi posthumus dari potuisse tutores, vel illud indicio est, quod scribit Suetonius, Julium Cæsarem testamentum facientem, plures ex his, qui cum occiderunt, nominasse tutores filii, si quis sibi nascetur.

Quibus autem testamentum tutor datus non est: his ex lege duodecim tabularum agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. Cujus inquit *Ulpianus l. de l. tutor*, summa fuit providentia, ut qui sperarent habere successorem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur.

Sanctolimus apud Athenienses, mortuo Clinia Alcibiadis patre, tutores legitimi Alcibiadis impuberis fuerunt Pericles, & Arifphon, ut potest, inquit Plutarchus.

Apud Lytiam oratorem, cujus verba extant apud Dionysium Halicarnasem *in ejus vita*, proponitur aliud exemplum memorabile cupudam Diogenis, qui eorum tutor fuit, quorum & avus, & avunculus erat, filiam suam in matrimonium dedit fratri suo Diodoro, ex quibus ii suscepti erant: Diodorus cum ad bellum proficerecetur, hoc omne suum illum fratrem, socerumque illis tutorem dat, *παιδαγωγὸν δὲ τῶν ἑσθιωμένων διὰ σπουδῆς πᾶσι ἀναγκαστικῶς οὐδὲν ἡλικιω ἀπορῆναι ἔσθω εἰς τοὺς παῖδας ἐπιτροπὴν ἰδούσιν*; hæc enim verba sunt Lytiae apud Dionysium.

Sed tamen constat, Solonem aliquando vetuisse tutelam ad eos deferri, ad quos pertineret pupilli hæreditas, quoniam periculosum videretur vitam pupillorum committi ejus fidei, qui ex pupilli morte magnum commodum expectat, ut ferè quisque conatur, eum, quem proximus hæres insequitur, expungere, inquit Perseus.

Verum leges nostræ alia ratione huic periculo occurrerunt. Nam jubent Prætores præsentibus ceteris propinquis providere, ubi pupillus tutor morietur, & sine ulla suspitione alatur, *lib. l. de pup. educ. vel mor. dec. lib. l. de 2. C. de l. Titul.* Si cui verò nullus omnino tutor esset, ei dabatur in urbe Romana à Prætores Urbano, & majore parte Tribunorum plebis tutor ex lege Attilia: in provinciis verò à præsidibus provinciarum, ex lege Julia, & Titia.

Verum leges nostræ alia ratione huic periculo occurrerunt. Nam jubent Prætores præsentibus ceteris propinquis providere, ubi pupillus tutor morietur, & sine ulla suspitione alatur, *lib. l. de pup. educ. vel mor. dec. lib. l. de 2. C. de l. Titul.* Si cui verò nullus omnino tutor esset, ei dabatur in urbe Romana à Prætores Urbano, & majore parte Tribunorum plebis tutor ex lege Attilia: in provinciis verò à præsidibus provinciarum, ex lege Julia, & Titia.

Verum leges nostræ alia ratione huic periculo occurrerunt. Nam jubent Prætores præsentibus ceteris propinquis providere, ubi pupillus tutor morietur, & sine ulla suspitione alatur, *lib. l. de pup. educ. vel mor. dec. lib. l. de 2. C. de l. Titul.* Si cui verò nullus omnino tutor esset, ei dabatur in urbe Romana à Prætores Urbano, & majore parte Tribunorum plebis tutor ex lege Attilia: in provinciis verò à præsidibus provinciarum, ex lege Julia, & Titia.

Verum leges nostræ alia ratione huic periculo occurrerunt. Nam jubent Prætores præsentibus ceteris propinquis providere, ubi pupillus tutor morietur, & sine ulla suspitione alatur, *lib. l. de pup. educ. vel mor. dec. lib. l. de 2. C. de l. Titul.* Si cui verò nullus omnino tutor esset, ei dabatur in urbe Romana à Prætores Urbano, & majore parte Tribunorum plebis tutor ex lege Attilia: in provinciis verò à præsidibus provinciarum, ex lege Julia, & Titia.

TUTORUM MUNUS EX LEGIBUS HUMANIS.

Pupillorum cura Tutoribus incumbit: illos veluti proprios liberos, ac sibi à Deo commissos, & datos amare, & ab omni defendere injuria, educareque in disciplina, & timore Domini. Deinde si facultates à parentibus relictas habeant, eas diligenter conservare, & potius augere, quam consumere: sin nullas, eas veluti pauperes, propinquos tamen, propter Deum omni benevolentia genere prosequi, ut vellent suos liberos tractari, si in pacem calamitatem incidere.

Ad illos etiam spectat ex legibus supradictis, pupillorum conditionem pro viribus meliorem facere, nunquam deteriorem. Ideoque non habent potestatem donandi, aut alienandi res pupillorum, nisi ex causis jure permittis.

Bona etiam tutorum pro gestis, & non gestis sunt tacite obligata pupillo. Et non implentes conditionem utilem pupillo, tenentur ad interesse.

Si pupillo cura sua commissos à litibus eis motis non

defenderint, ut suspecti sunt removerendi, & de proprio illorum damna pupillorum rescari debent. *Pand. lib. 26. Tit. 10. lib. 3.* Si res pupillares, quas suo tempore in rem eorum venditare debent, servaverint, & igne consumptæ fuerint, ut potest fruges in horreo: tenentur de periculo propter segnitiam suam.

Omnia pupillis reddere tenentur, quæ lucrati sunt ex horum tutela: sunt quippe ad augmentum dati, non ad detrimendum. *Pand. l. 26. tit. 7. lege 58.*

Debent insuper facere, quod diligens pater familias facturus esset: quod cum non præstitierint, cujuscumque conditionis existant, accusari possunt, etiam à quolibet, de suspecto. *Tit. 7. leg. 33.*

Si pupillis non fuerint alimenta indebitè, removeri debent, atque puniti. *Tit. 10. l. 1.*

Denique cum non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupillorum prænonantur, præceptoribus eorum mercedis pro facultate patrimonii, proque dignitate natalium constitute tenentur. Atque hæc de tutorum institutione, atque munere ex legibus humanis.

EX LEGE DIVINA.

Divinæ litteræ etiam multa in favorem, & gratiam pupillorum, & orphanorum decernunt; gravissima verò minantur his, qui illis contempserint, & læserint. Vidua, & pupillo non nocentibus: si læserit eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam, percutiamque vos gladio, & erunt uxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli. *Exod. 22.*

In judicando estio pupillis misericors ut pater, & pro viro matri eorum: & eris tu velut filius altissimi obediens, & misererebitur tui magis quam mater. *Ecc. 4.*

Job inter virtutes, & facta sua memorat; auris audiens beatificabat me, eo quod liberarem pauperem, vociferantem, & pupillum, cui non esset dux, c. 29.

Apostolus Jacobus adfirmat religionem puram, & immaculatam esse apud Deum, visitare pupillos, & viduas in necessitatibus eorum. *Jacob. 1.*

Denique satis ostendit Deus, quam eos amet, charosque habeat, quando patrem vindicemque eorum se toties appellat. *Psal. 9. 10. 67. 81. 131. 145. &c.*

Judæis autem graviter succenset eis exprobrans, quod pupillos, & viduas contristaverant, idèque in durissimas calamitates, & servitutes abducti essent. *Exod. 22. Jer. 5. 7. Zach. 7. Mal. 7.*

APOSTOLORUM CONSTITUTIONES.

Quantum verò pupilli sancti Apostoli fuerint curæ, ac sollicitudini, manifestant hi à Divo Clemente in discipulo excepti canones *l. 4. const. apost. c. 19. 2.* Si quis Christianus orphanus fiat, sive puer, sive virgo, bene erit, si aliquis ex fratribus puerum suscipiat, & filii loco habeat, hoc enim qui faciunt, opus magnum præstant, orphanorum patres facti, & à Deo consequentur hujus officii mercedem. Si quis despexerit, cum sit dives, orphano quidem providebit orphanorum pater, & viduarum pater: illi verò occurret aliquis, qui ipsius partimoniam devorabit, si fiet in illum quod dicitur: *Quæ non comederunt Sandi, comederunt Assyrii.* Viduam vestram coram vobis alieni devorant.

EXEMPLIS.

Exemplo Mardochei docemur, qui propinqui, & tutores Hædebant pupillis, & orphanis proximorum suorum. Hic enim Estherem puellulam in captivitate utroque parente orbata, & de vita, pudicitiaque inter Barbaros periclitantem, in domo sua colligit, vestit, fovet, docet, atque ut propriam filiam curat: quod eximia charitatis, & pietatis opus fuit. Noverat enim præceptum de dilectione proximi, & omnium maxime pertinere ad curam habendam de propinquo, & confanguineorum pupillis, ac viduis: quoniam non solum jure divino: sed etiam carnis, ac naturæ legibus his opem ferre tenentur, ut antè ostendimus.

* Tympanum.

QUID. ET ILLIUS USUS.

Tympanum *Tympanum* Græcè, instrumentum est supremæ parte, vel utraque etiam planum, & rotundum, idque vel

zre, vel buxo; aliove ligno, quod vellere, aut corio bovino A extenso inducitur, & pistillo pulsatur, editque raucum murmur, ac sonum terrificum.

Apud Indos ferè similibus in bello instrumentis utuntur. Etenim in aere suspensa scuticis diverberabant, unde sonus horrendus excitabatur. Conficiebant autem ex trunco abietis excavato, orichalci tintinnabulum in eo collocantes, & corio tauro circumtegentes; cumque sonum excitare vellent, vas istud concutiebant.

Ufus Tympanorum apud Ethnicos fuit in sacrificio Matris Deorum. Unde *Virgil. l. 9. Æneid.*

Tympana vos, buxusque vocas Bæcynthia, Matris Iteæ, &c.

Etiam in bello tympanis utebantur. Constat enim ex Plur. Parthos sonitu infueto tympanorum Romanum exercitum turbasse, & in fugam conjecisse, sic ut M. Crassus cum filio Publio, optimo, & Cicero amantissimo adolescente, penè occubuerit. *Plus. in M. Crasso.*

Tandem à Romanis quoque ad bellum aptata, ad nos devenerunt, qui abique tympano peditem in aciem procedere non sustinemus. Hæbetque quævis natio peculiarem eadem B pulsandi ritum. Tympanum insuper in triumphis, ac publicis solennis inter alia instrumenta adhibetur. Quin & Magnates plerique, iique summi, cum solenniter deducuntur, aut inaugurantur, tympanitas in comitatu habent, qui tympana ænea, sive æneas cavos pelibus obductos utrimque, ac equo, cui insident pendentes assidue pulsant. Qui mos à Germanis descendisse perhibetur, nunc tamen alii etiam Principes usurpant.

Denique tympano plerique locis ubi tubæ, aut campanæ desunt, conventus indicuntur, non ad bella duntaxat, sed etiam ad res forenses, & civiles, puta promulgationem legum, edictorum, aut rerum novarum, &c.

Pleraque ex loco de Bello, & Tuba petantur.

Typographia. Typographi.

C DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

TYPOGRAPHIA vox est Græca à τυπώω forma, sculpo quasi litteratur, sive formarum impressio, utriusque enim picturam, & lineamentorum impressionem significat, & typographi scripturam. Definiri autem potest, quod sit ars, qua litterarum quarumvis typi, sive forme ita condecuntur, & aptantur, ut amentum peritæ, & torculari expressæ, sui imaginem papyro, aut alteri materiei imprimant, & voces non modo integras, sed & narrationes, & volumina legere volenti reddant. Vocatur alio nomine Chalographia, & graphia, quos as significat, primum enim æneis characteribus uti putantur hujus artis Inventores: quamvis alii dicant lignis, nunc plerumque stanneos adhibent. Item dicitur Ars Impressoria, & qui eam exercent, impressores, & Typographi, quamvis strictius nunc hoc nomen utantur, ad designandum tantummodo illos, qui mercede laborem suum ad hanc artem conferunt, cum illi, quorum gratia, & sumptu operantur, se Bibliopolas, à vendendis libris potius quam excudendis appellent.

* INVENTIO.

Tradit de hujus artis Inventione pleraque *Zwingerus in loco de Artibus mechanicis, Tit. Mechanicarum art. acquisitio, & Typographia*, & quomodo plures ad se eam trahere laborant, si non potius per fas, aut nefas rapere. Quomodo olim septem Græcæ urbes de laude Homeri decertasse memorantur.

Sunt, qui Argentina hujus artis inventionem tribuunt, ut videre est apud *Bapstianum Fulgof. l. 8. c. 13.* qui securus descriptionem *Jacobi Voimpeilingi in Epit. rer. German. c. 65.* id ita se habere credit.

HADRIANUS JUNIUS Batavus, & ex eo P. Bertius Leydenfis Scholæ quondam Professor, qui nuper Ecclesiæ gremio redditus, Harlemo Hollandiæ oppido eam laudem adscribit, assertens ante annos CLIII. Laurentium Joannem, scilicet Fihlmo, vulgo gentis, quæ nomen patris insit cognominis usurpat; vulgo Ædium, cum in suburbano nemore spatiaeretur. *B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

cepisse faginos cortices in litterarum typos conformare, quibus ritè compositis, verbum unum, atque alterum chartæ impressisse, cepisse deinde atramentum scriptorium excogitare, ac characteres faginos mox plumbeis, & ad extremum stanneis commutare. Addunt autem fuisse huic Laurentio ministrum Joannem Faust Moguntinum, qui hero suo infidus clam convafatis typis, ac Moguntiam asportatis aufugerit, si bique tantæ artis laudem adscripserit, & ablati ab hero suo typorum formulis intra anni spatium Alexandri Galli doctrinale ediderit.

Hieronymus Oforius l. 11. de reb. Emmanuelis, omnem de nimio in se patriamque suam amore suspitionem removens, non Lufitanæ suæ, neque genti, aut populo, qui Lufitanico seculo pareat; sed remotissimæ Sinarum nationi tam mirabilis inventi laudem; eamque non nuper natam, sed per vetustam, penesque canam tribuit. In libris, ait, describendis, & rerum memoria propaganda, æneis formis uti solent Sinae, quarum usus ad æo antiquus apud illos est, ut qui primus eam artem excogitavit, ignoretur.

Italus verò Jovius ante ipsum familia. Gallus autem *Genebrard. l. 4. Chron. fol. 301.* Addo, inquit, Themistaneos, quorum urbem Patrum memoria, Castilii in novo orbe occupantur, Typographia auctores esse; sed Antonius Campanus homini Gallo eandem inventionem potius adscribit, dum canit.

Anser Tarpeii custos Jovis, unde quod alii dicitur Confreperes, Gallus decidit, ulior adest, ut ait, Viricus Gallus, ne quem possentur in usum, &c. Edocuit pennis nil opus esse tuis.

Pomponius Letus ad Augustinum Maphæum scribens, ait: Saturnum litteras impressisse, ac primum nummos signasse in Italia. Sed hoc alii non accipiunt de litteris, qui papyro imprimuntur, sed quæ æri, aut nummis, Verum, ut quid de hac re dici debeat, breviter tradatur, extra omnem controverfiam fit oportet artem Typographicam primum Moguntia excogitatam, & usurpatam fuisse circa annum Domini m. cccc. l. neque enim uno, eodemque tempore omnia ad eam scientia inventa fuere, & explorata, sed annos aliquot intercurrisse necessarium fuit, quo fit, ut circa tempus, quo eadem inventa, Scriptores variant, ut nonnulli annum m. cccc. xl. recitant.

Igitur de auctore sic se res habet. Inventor, & excogitator primus fuit Joannes Gudenberger: opibus, consilioque suo ei adfuerunt duo alii Moguntini civis, Joannes Faust, sive, ut ipsi tum loquebantur, & scribantur Faust, & Joannes Medinbach. Eidem Gudenbergero fuit puer, seu famulus primitus, postea verò etiam gener Petrus Ophionis, seu Schoeffer, qui cum plura postmodum, & magna opera edidit, ut S. Hieronymum, quem Eberbacensis Monasterii servat Bibliotheca, Quia igitur vox isti modo ad artis inventionem inveniunt omnes, possunt quodammodo dici omnes ejus auctores; sed ita ut primas merito Joannes Gudenberger teneat, quem tamen ex æquestris ordine cur aliqui statuunt non video, nisi quia ob rei tantæ partem, industriaque ipsius, & labores cum honore illo non indignum censuerunt.

Hæc ex historia Moguntiacarum rerum à Nicolao Ferrario descripta, cujus etiam verba sunt, quæ sequuntur. Ne autem vel à me confingi videantur, vel ad alios deinceps confundantur ista istorum nomina, adscribam Moguntini Typographi, & manuscriptorum nostrorum verba. Ille in Trithemianarum historiarum breviarii sine sic: Impressum, & completum est præfens chronicorum opus, Anno Domini m. d. xv. in Vigilia Margarete Virginis. in nobili, famosaque urbe Moguntina, hujus artis impressorie inventrice puer, H Joannes Fusth, civis Moguntini, memoratæ artis primarii auctoris. Qui tandem imprimendi artem proprio ingenio excogitare, speculaturque cepit anno Domini Nativitatis m. cccc. l. indictione XIII. Regnante Illustrissimis Romanorum Imperatore Frederico III. Præsidente sanctæ Moguntinæ sedis Reverendissimo in Christo Patre Divo Theodorico pincerna de Etbach principe electore. Anno autem m. cccc. lll. perfecit deduxitque eam (divina favente gratia) in opus imprimendi (opera tamen, ac multis necessariis adventionibus Petri Schoeffer de Gernsheim ministri, siueque filii adoptivi) cui etiam filiam suam Christianam Fusthin pro digna laborum, multarumque adventionum remuneratione nupti dedit. Retinuerunt autem hi duo jam prænominati Joannes Fusthin, & Petrus Schoeffer.

fer hanc artem in secreto (omnibus ministris, ac familiaribus eorum, ne illam quoquo modo manifestarent, iurjurando adstrictis) quoad tandem anno Domini m. cccc. lxxii. per eisdem familiares in diversis terrarum provinciis divulgata haud parvum fumpit incrementum. Manuscriptus autem hic. Hoc autem urbis nostrae Moguntiaci triumphale perpetua laudis est praconium, quod hanc ingeniosam characterandi artem non solers Italorum indago, non celebris Graecorum sapientia, non multiformis Gallorum scientia, neque callidum Barbaro tum reperit ingenium: sed industriosi nobilissimae Moguntiaci cives, scilicet Joannes Gudenberg, qui cum omnem substantiam suam propter artis difficultatem ferè profundisset, tandem auxilio Joannis Fust, Joannis Medinbach, & aliorum concivium adjuvus rem perfecit. Post quem Gudenberg, qui morabatur in fungebem qui usque nunc ejus artis nomen nuncupatur Petrus Opilioniensis, id est, Schoeffel, ejus gener artis impressoriae dilator extitit. Qui etiam suo tempore multa impressit opera, Ecclesiae Dei quanta proveniret ex hac arte utilitas, quis sufficienter eloqui valebit? dum multi codices, obsoleti pulverulentis olim relictis Bibliothecis nunc impressi palam modico feruntur pretio vales.

B Illud hoc loco adieci visum, Joanni Faustio praedicto hac occasione hujus rei investigandae occasionem habuisse, quod suspensum artem, ut erat exercitio aurifer, calletet. Nam cum Alphabeum in as incidisset, obductoque atramento in charta expressisset, cogitare cepit, eadem arte integra verba, ac sententias sculpi, & componi posse. Quae res cum difficultior videtur, animum adiecit ad litterarum typos singulariter efformandos, & in sententiam integram componendos, chartaque imprimendos. Atque ex tam parvis, ac rudibus initiis, ars Typographica crevit in eam, quam nunc videmus, abundantiam.

Scriptum hujus rei historiam Joannes Arnoldus Bergelianus, sed verbis illius temporis simplicitatem redolentibus.

Inclita laudantur saeculi monumenta prioris,
Artifici quae sunt elaborata manu.
Laudemus merito arte nova, coeloque magistro
Datum opus, ut voluit cuncta per ora virum.
Constatis docuit libros quae cadere signis,
Et praeli dociles exprimeret apte typos.

C Hic ubi postremo descendit gurgite Mannus,
Excipit socias litore Rheenus aquas.
Hunc peperit captis antiqua Moguntia muris,
Horrida dum tristis fata canebat avis.
Et lupus infrendens, hostili percitus ira,
Innocuas septis dilacerabat oves.
Piperaque ut prodit, corvoque ventre parentis,
Fractis sic portis ars patefacta fuit.
Saena bis septem numerabant ordine fati
Christigene, hinc illis iuxta decemque dabant.
Tertius ac orbis Fredericus frene gerebat,
Candida qui placida nomina pubis habet.

Littera de rigido quia nunc deducitur aere,
Chalcio illam graphiam Graecia gnara vocat.
Theutonice gentis decus, immensusque thesaurus,
Tempore qui praesto nullius usus erat.
Quem non damno sine corrumpere dente,
Neque stus turpi perdere labo valent.

D Autorem quaerunt, primos qui repperit hujus,
Archetypos artis, primaque puncta tulit.
Decertantque duo non parvi nominis urbes,
Qualibet artificem vindicant usque sibi.
Annaleque tuos quidam Germania torquent,
Bullatis nugis hac quoque parte vomunt.
Sed te ne fallat mendacis opinio vulgi,
Illius referant quae sit origo rei.

Clarus Joannes in Gutenbergius hic est,
A quo ceu vivo summe manat opus.
Hic est Avidum custos fidissimus, hic est,
Qui referat latices, quos pede fodit equus.
Quam veteres nobis argenti voce notantur,
A puero fertur sustinuisse virum.
Illa sed huic cujus est munera grata,
Cui clarum nomen Mogus habere dedit.
Primitias illic cepit formare laboris,
At hic maturum praeiulit artis opus.
Stemmata praestabat, vicit virtute sed illud,
Dicitur hinc vera nobilitatis Eques.

Annulus in digitis erat illi occasio prima,
Palladium ut caelo sollicitaret opus.
Illum tentabat molli committere cerae,
Redderet ut nomen littera sculpsit summi.
Respicit archetypos, auri vestigia lustrans,
Et secum tacitus talia verba refert.
Quam belle pandit certas haec orbita voces,
Monstrat ex exaltis apta reperta libris.
Quid si nunc iustos, eris ratione redacta,
Tentarem libros cadere mille modis?

E Robora prospexit debinc torcularia Bacchi,
Et dixit praeli forma sit ista novi.
At postquam nunc hac, illa nunc parte moratur,
Supplicibus votis sidera caesa petit.
Magne pater superam, verbo qui cuncta gubernas,
Elice, fons animo quae meditata meo.
Nanique putes, nec erit, quod non tua dextera possit,
Arguit hoc ingens mundas, inane chaos.
Et licet plenis pelagus transcurrere velis,
Lutras ad optatum quae rate tutus ero.

F Te sine mens nil nostrae potis conarier unquam,
Flaminis ni praesens peñora caeca regas.
Sis fas eratos calamos vulgare per orbem,
Atque novas edant praeta futura notas.
Dixit, & a leva tonitru resonabat Olympus,
Fupiter ex voluit pondus habere preces.
Comprobat huc Phebus cythara, celebrisque Minerva
Annuit ex dulci turba novena chelys.
Talibus auspiciis divinos concepit ignes,
Ac iterum manibus sedulus urget opus.

Et nunc sollicitum curvo caput ungue retrahat,
Nunc varias graphio lustrat ubique vias.
Qualiter ex negligit crudos sine imagine natos
Urfa, Calidonio monte relicta parens.
Quos tandem repetit, lambendo effingit, alitque,
Et sovet in lepidio pignora blandis.

G Sic auctor sola loca petit, tacitosque recessus,
Adque validum sepe relinquit opus.
Ponit ex fasti, reus vestigia fessis,
Ardet ex format, hos digerit ordine certo.
Non erat ulla dies Eos vesta sub aurarum
Qua non sit vigili littera sculpsit manu.
Atque novus vocum sanxio de duro orichalco,
Nobile Phoenicum quae dedit ingenium.

H Altera sed rebus successit cura renatis,
Inventis nisi mens generosa nequit.
Implorat placidos Zephyros, ex carbasia pandit,
Haeret ex in scopulis nescius auxilium.
Cumque illi starent caelata toreumata magno,
Et labor angustas attenuabat opes.
Arts nec poterat certos extendere fines,
Inceptum statuit jamque relinquere opus.

Consilium tandem Fausti persuasus amicis,
Fribus exhaussit qui tulit auxilium.
Addidit ac operi lucem, sumptuumque laboris,
Faustus, Germanis munera sausta ferenti.
Et levi ligno sculpsit hi grammata prima,
Qua poterat variis quique referre modis.
Materiem bibule supponunt inde papyri,
Aptam quam libris litore Nilus alit.
Insuper aptabant, mittit quas seipia, guttas,
Reddebat pressis sculpsit tabella notas.
Sed quia non poterat propria de classe character
Tolli, nec variis ipsis aptas erat.
Illi succurrit Petrus, cognomine Schoeffer,
Quo vix celando promptior alter erat.
Iste sagax animi praecleara toreumata sanxit,
Qua sanxit matris nomine posteritas.
Et primus vocum fundebat in aere signatas,
Innumeri cogi quae potuerat modis.
Huic nova spes oritur, redit in praecordia sanguis,
Exultant animis peñoris inque sinu.
Abdita tecta petunt, agitur res festibus abique,
Ne ferret populo sortida praeda levi.
Nata rudi primus res est tentata labore,
Mox vicit latebras aera vena suas.

A Ac horum postquam mordax est addita lima,
Omnibus haec numeris reddidit illud opus.
Emitantur vocis, eundem quoque aere, libellos,
Quos nihil in vasto gratius orbe fuit.
Hos stupet Eous, miratur ex Hesperus illos:
Gratumque plausus sidera caesa petit.
Autem nec tales vidit innumeros Iher
Merces, nec Rheenus cornibus ipse tulit.
Has quoque adstrina suspexit Achaia mater,
Praetulit ac illas Achaicis opibus.

B Scribit etiam Serrarius Genebrardum, Aventinum, Carionem, Brandum, Munsterum, & plures alios hanc laudem Moguntiae concedere. Atque in illius rei confirmationem plura adiecit, quae verbis ipsis ascribam. Adiciantur, inquit, Scripitoribus jam memoratis, primi artis horiplantae, Seubelstiel vocantur, custodit; quoque nihil muper Albinus Typographus monstrabat. Joannes Arnoldus in Chalceograph. encomii praefatione: Hodie, ait, vetustissima quaedam in eum usum ab auctoribus comparata, quae vidi, instrumenta extant Moguntiae. Doctus Juris Moguntinus Professor, in lapide, qui Jurisperitorum domus interiori stillicidio subjectus est, haec inscripsit: Joannes Gudenbergi Moguntino, qui primus omnium litteras aere imprimendas invenit, hac arte de orbe toto benemerenti Witigis hoc saxum pro monumento posuit 1508.

Et ne vitos tantum aetate, ingenio, rerumque usu acres in earundem posteritatem excogitationem incidere arbitremur, Ecce tibi a varia Hollandiae Frisia pauculus, novus penè typorum inventor. Nam de S. Rudgero l. 4. vita cap. 4. ita memoria proditum est. Lufum, pueris admodum familiarem, tanquam pestem fugiebat; scripturas quoque necdum peratam discere quidvis, jam fe animi affectu praemeditati certis quibusdam indicibus demonstrabat. Nam alii pueris ludentibus, ipse arborum cortices colligere, quibus ut ad luminaria solems, & inde quatuor libellos componere consuevit. Quos, cum forte liquorem invenisset, festuca utiliter, ut sibi videbatur, inscripsit nutrici, ac si profectus admodum libros, tradidit custodiendos.

* ENCOMIUM.

C Nihil tam praclarum in rebus humanis, quod non virtutibus, & calumniam malevolorum exponatur, unde & plerisque divinum hujus artem inventum tanquam Reipub. Christianae exitiosum visum fuit, prout illud ipsum execratur scripto suo execratur, & prorsus inepto quidam Matthaeus J nomine quidem sed satis idoneo, & rei dissonante J Index, elleboro, & flagris dignus. Eidem quoque suspenserem videre videtur Guilielmus Insulanus Menapius lib. de Typographia.

Sed multo verius, & rectius communem de hac re sententiam. Jam divina providentia ingeniorum immortalitati consultum; quando novo portento reperit hoc saeculum non describere libros, sed fingere: ex aere characteribus atramento scriptorio perfusus, pagina torcularibus expressa: auctores duo e Germania Fratres Romae ceperunt anno m. cccc. lxxv. primi quoque omnium sanctus Augustinus de civitate Dei, & Lactantius prodire.

D Est certe omnium artium, quae humana excogitavit fertia, maxime praestans, & Reipublicae utilissima, ut sine quo multorum ingenia, & studia laterent, quae illius beneficio ad veritatis indagandam, & litterarum ornamentum ad plures devenerunt, unde & sanior doctrina longe lateque spargitur ad consuetudinem Haereticorum, & eorum, qui eam depravant. Sic ut donum hujus artis cum dono linguarum, quod nascens Ecclesiae Deus imperavit, aliquo modo valeat conferri.

De arte nobilissima inquit Aprutinus Episcopus Joann. Aut. Campanus.
Imprimi illa die, quantum vix scribitur anno.
D. Hieronymus epist. ad Nictiam: Rudes, ait, illi Italiae homines, quos Cascos Ennius appellat, qui sibi, (ut in Rethoricis Cicero ait) ritu ferino victim quarebant, ante chartae, & membranarum usum, aut in dedolatis in ligno codicillis, aut in corticibus arborum tum Epistolarum alloquia miffabant. Unde portitores eorum Tabellarios; & Scriptorum a libris arborum librorum vocaver. Quanto nos expolito jam artibus mundo, veteribus illis, apud quos, ut idem Hieronymus loquitur, eruda erat rusticitas, & qui humanitatem quod-

dammodo nesciebant, saeculum nostrum beatus, quo tam expedita scribendi ratio ingeniose admodum inventa, & exco cogitata est?
Expreflit haec verbis suis, cujus supra meminì, Joan. Arnoldus, dum sic canit post superiora:

Hac ars à tenebris Masas, vatesque reducit,
Certaque transfacti temporis acta refert.
Sensibus haec aperit caecis oracla sobborum,
Explicat ex summi iusta secreta Dei.

CIRCA TYPOGRAPHIAM CONSIDERANDA.

Typographici operis duplex est consideratio. Nam vel id quod non erat, efficiant, & sic inter immensas artes referri debent, vel id quod jam erat, commutant: & sic Typographia est aemulatio, quatenus opera sua vendit aliis. Nisi qui hoc, ut & est, Bibliopolarum potius quam Typographorum munus esse contendat. Quemadmodum & alterum illud, Sumptus scilicet in operas typographicas tum rebus tum rebus facere. Utrobique enim commutatio est, illic quidem Rei pro Re (vendit enim Libros pro Pecunia, vel Merce quavis alia) hic verò Rei pro Opera, cum mercedem numeret Typographus propriè dicti, pro Opera praesente in opus typographicum collata. Et hoc quidem licet vulgo propter splendorem, & opulentiam eximii Typographorum appellatione dignos judicent: aliter tamen Plato, qui Mercaturam omnem, in commutatione tantum verstantem, quantumvis pretiosissimam, Opificii licet abjectissimum, in consuetudine occupatis, inferiorem esse censet. Illi ergo quos Dominos, & Magistros Typographos populariter appellat, omnibus ad opifices Efficientes veniamus, qui scilicet opus certum post se relinquunt.

In quo cum tria concurrant, Typographi scilicet, sive Exemplar imitabile: Organum, Typo imitans: & Exemplum imitationis, sive Eximii: Typographica certe scriptio inseruntur aliae artes tanquam rebus, aliae tanquam rebus, & priores quidem ille subministrant organa ad opus typographicum conferentia, dum generum: alterum quidem Theoricum, Exemplar scilicet & Archetypum, quod imitantem proponitur (Et hic est auctor operis edendi, & velati designator) alterum verò Mechanicum, quo imitatio peragenda est, sive illud sit primarium, sive secundarium.

Primaria non sunt unius generis, cum scilicet rationem habeant vel Materiae (ut est Charta, sive Membrana, & Atramentum vel Forma) ipsi Typi, seu Characteres (Typorum autem Artifices alii Remoti, qui formas edunt typorum tum Materias, quos Ponzones dicunt, tum faminas Matrices dicit, alii Proximi, Fasores typorum è metallo) vel ipsius Efficientis: ut est Sphaera lignea, quae corio obduta, & lana saffera, calami scriptorii loco inseruntur Typographis item Ergastulum sive Ergulum ipsum. Cujus partes aliae sunt quiescentes, Basi tum superior lacunari superior affixa Torcularis causa: tum inferior, Pavimento inferni innixa, causa Curriculi: aliae verò Mobiles, tum Inferior, Curriculus (hujus pars alia Receptio, Tabula marmorea vel aenea, cui Forma imponuntur, alia Incumbens, Tympanum, cui Charta affigitur) tum superior, ipsum Torcular, suis itidem constantibus partibus.

Porro Secundaria instrumenta alia inseruntur Compositoribus nimirum organa inferentia characteribus, tum separatim in suas digestis capsulas, Loculi scilicet: tum Constantim, quatenus colliguntur: Metrum, quatenus Deponuntur. Navicula, Scapha, ipsa denique Modiolus ferreus, qui ergastulo subicitur, alia inseruntur Impressoribus, ut Charta locent, Tabulae: ut Atramentum disantur, diducant: ut Characteres abiant, purgent. Et haec quidem sunt rebus.

Porro rebus, organis praedictis utuntur, opusque faciunt typographicum: & propterea respectu superiorum apte conveniunt dici possunt, magis, minus. Opus est unicum, Liber typis expressus: sed opera est efficiendum variae, quae quidem considerari possunt ratione Dignitatis sive Ordinis. Si Dignitatem spectemus, aliae videntur esse operae principes, aliae simulantes. Principum quaedam Theoricae, Correditor vulgo, nec male dicitur, vel etiam inveniuntur, quando quidem Exemplum Typis expressum, cum exemplari conferunt, quaedam Mechanicae, quoniam imitantur vel exemplar Typis, quos colligunt & componunt, Torcular, Compositores vulgo: vel Exemplum Charta quam pingunt, Typis, & ex instrumentis ratione impressores, Ergastularii. Famulantur alii Theorici Anagnostes, Lectores, alii Mechanici. Mediaestinus, abjectissimus

fnis quibusque officiis additus. Sin vero ordinem perpendas, A opere aliter requiruntur ante opus, in opere, post opus. Aut opus quidem, ut respectu Exemplaris, Praelegator, & Ditu- meretur per paginas futuro operi inseruitur, ac respectu Exempli, quod edendum est, ut illius organa recte addibantur, & administrarentur.

Horum alia quidem rationem habent Materia: sic Charta numeranda, explicanda, humellanda: sic Atramentum terendum, diluendum. Alia vero rationem habent Forma. Ergo curandum, ut Typi per se, imitatione exemplaris, colligantur, sive componantur (quas Formas vulgo dicunt.) per accidens vero emendentur: Probas vulgus dicit, quod sint Examina & Pericula quadam. (Emendatio autem quaedam Formalis, Correctio- rum, & Lectorum propria, in ipsis Probis, quando vel Corri- guntur Prime, & Secunda, & Tertia, vel confu- rantur cum Secundis Tertie. Quaedam Materialis ipsorum Com- positiorum, qui Correctoris auctoritatem, & censuram sequun- tur in Formis: alia denique rationem habent Efficientis instru- mentalis: nimirum Prelum: ita preparandum, ut Formas, quas vocant, recipere possit, & excudere: Sphaera item, corio lana suffario munienda, quibus atramentum typis illinatur. Rur- B sus in ipso Opere, duo occurrunt munia praecipua: alterum, ut Forma incumbens marmoris singulae spueris: alterum, ut Char- ta tympano affixa, & forme injecta, curriculoque sub ipsum praelum deducta, impressione describat.

Ad extremum post Operis editionem, Formarum primò cha- racteres Lavandi, & Reponendi suis locellis: deinde Char- tazam descripta sigillatim quidem Exciscanda, Plicandaque: conjunctim vero Colligenda, Recensendaque, quod vulgò Col- lationem vocant.

Lusit olim de tribus operis libratibus, sive iis, qui Typogra- phicam artem perficiunt, Cornelius Kilianus quondam Cor- rector Typographi Plantiniani Antuerpiae, vir candidus, & in verbis factus: eoque inducit velut loquentes, suaeque functionis studia deponentes.

* TYPOGRAPHUS MERCENARIUS.

Arte mea varias excudo Typographus artes: A Arte tamen haec tenues artificis addis opes. Rite characteres ad justam dirigo normam, Constat ut ex aequis pagina versiculis. C Incisas nigra fuligine tingo figuras: Callosa praelum volvo, traboque manu. Ecce iterum besternus mihi adest labor actus in orbem: Quas struxi formas, deservo, & inde struo: Dirao, & aedifico: vigilatas transgo noctes: Sollicitum cruciat cura premique labor. Verum quid profunt curae, durique labores, Cum misero pateat semita nulla lucris? Noster alit sudor nummatus, & locupletes, Qui nostras vedimunt, quippe locant operas. Noster alit sudor te Bibliopola, tuique Consimiles, quibus est vile laboris opus.

* CORRECTOR TYPOGRAPHICUS.

Officii est nostri mendosa errata librorum Corrigrere, atque suis prava notare locis. A Ali, quem scribendi cacoethes vexat, ineptus Ardelio, vitium barbarieque rudis. D Plurima conglomerat, distinguit pauca, litaris Deformat chartas, scriptaque commaculat. Non annum premit in nonum, non expolite arte: Sed vulgat propteris semina vana typis. Quae postquam docti, Multi, & Apolline nullo Composita exclamant; ringitur Ardelio. Et quacunq; potest sese ratione tuetur, Dum Correctorem carpit, & agitque reum: Hæus cessa immeritum culpam transferre deinceps In correctorem, hanc typographicum. Ille quod est verum non depravabit. At audiat? Post hæc Jambe tuos, Ardelio, catulos. Errata alterius quisquis correxerit, illum Plus satis invidiam, gratia nulla manet.

* BIBLIOPOLA.

Ille ego signatis qui libros distrabo nummis, Nominè non Latino Bibliopola vocor.

Ad me concurrat morosa caterva Sophorum, Et coemisse dogmata quisque sive. A Seu sit Aristotelis scilicet, sive Epicuri, Seu sit Pythagore, sive Platonis amant. Nemo horum invidiosus nostrae intrat limina portæ: Nulli horum libros nostra taberna negat. Si mercem carè caram sibi comparet emptor, Et largus pretium munificè numeret. Huc properate quibus distenditur ere crumena, Et cerebrum variis atteritur studiis. Vobis res dabitur tenui mandata papyro: Vos nobis peram promitte, quam geritis. Quid scio prodest librorum multa supellex, Si neget auspiciam dia Minerva sum? Bibliopola quidem non mentis acumina vendit: Sed vendit cotes, bis acue ingenium.

* TYPOGRAPHORUM PRÆSTANTIORUM ALIQUOT ELENCHUS.

Nihil in praesenti dicimus de illis, qui hanc artem primi ex- cogitarunt, & recens natam ingenio, & studio suo excolu- runt, ut quorum elogium superioribus titulis dedimus. Illos autem in medium adducimus, qui primis istius cultoribus mor- te sublatis, in eadem arte periclitanda defuderunt, cuiusque artus adhuc tenellos ingenii sui, & industriae adminiculo lo- verunt, suique integritati reddiderunt.

* Inter hos Huldricus quidam Gallus natione, non mini- mum locum meretur, ut qui primus literas Romanas intulit. Unde & Typos invenisse ab Italis celebratur, & constat car- mine Joan. Ant. Campani, cuius, in Tit. de Inventione bur- gis Artis supra meminimus.

Fuit, quod satis constat, Manutius typographorum om- nium, suæ ætatis doctissimus, elegantissimus, & laboriosissi- mus, ut quantum domesticis curis supererat otii, id omne vel in exemplaribus veterum, Græcis præsertim, emendandis, vel scribendis ad amicos epistolis consummeretur. Accedebant eò plurimorum officiosæ salutationes, & confabulationes, per se quidem jucundæ, ac homini occupato plusquam molestæ. Ut igitur & occupationibus suis consulere, & amicorum turbam, qui parvam negotiorum suorum rationem habebant, summo veret, Musæi sui otio hæc adscripsit. Quisquis se rogat te Aldus etiam atque etiam, ut si quid est, quod à se velis, perpaucis agas: deinde aditum abas. Nisi tan- quam Hercules, desecto Atlante, veneris suppositurus hume- G ros. Semper enim eris, quod & tu agas, & quotquot huc attra- lerint pedes.

Aldi industriam Joannes Frobenius apud Basilienses imi- tatus, officinam Amberbachianam, quam ab emerito accepit, præclarè excoluit, ut quantum Aldus profane literaturæ Græcis, & Latinis auctoribus, tantum die divitiarum sapientie Pa- trum sanctissimorum scriptis evulgandis contulerit, minore li- cet cum lucro, propterea quod non eo Germani literarum amore flagrant, quo Itali, ac majore tamen cum Republicæ commodo. Eius diligentiam mirificè extollit Evast. in Cibi- liad. sub præverbio, Festina lentè: quo loco Delphinum an- chotez implicatum ab Octavio, & Tito Imp. ad Aldum veluti tertium heredem pervenisse scribit. Succellit patri Hierony- mus, uti Aldo Paulus filius: ille quidem patri diligentia, & labore par, hic eruditione multum superior, & filio Aldo, cu- jus ingenium Antiquitatis monumenta studiosè, & eruditè col- lecta orbi commendarunt, planè Beatus. Hieronymo successe- re filii, Ambrosius & Aurelius, de quorum vel studio erga H Remp. vel liberalitate erga doctos alii testentur, ne affinitatis nomine plus illis tribuere videat.

Frobeniana officina duæ veluti colonie, Episcopiana & Her- vagiana, illa à Nicolao Episcopo Sebastian. viro doctissimo, & integerrimo, Joannis Frobenii genero, hæc à Joanne Hervag- gio Joannis successore deducta, & post in Eusebium Nicolao patre dignum filium utraque in præsens devoluta. JOANNIS BEBELII foecer officinam parum nobilem Michael Ifingrinus ita extulit, ut diligentia & elegantia nostrates omnes post se reliquerit.

JOANNIS CRATANDRI præclaros conatus mors interrupta, ea- demque Joannis Valderi successoris labores fecit irritos.

* Joannem Oporinum Basiliensem, quemvis Catholicorum castris relicto, adversus Catholicam veritatem multa typis suis excuderit: infinita prope opera, quæque sola biblio- thecam non vulgarem intrinseque valeant, celebrioribus Ty- pographis accendendum monent. Cui cum multum debeant literati, quorum labores, & liberaliter remuneratus scribi- tur

ter, & promptè, ac nitidè impressos ad posteros transmissit. A se, plus tamen apud Deum meriti, & apud homines laudis extulisset, si ad gremium, unde exciderat, redisset, & diligen- tiam, ac laborem suum divini honoris, & Ecclesie incremento deditasset. Quo casu Bruci Poetæ elogium, quo is illum Dei Notarium, & Scribam indignabat, multo quam nunc feliciter, & verius usurpasset.

* Henrico etiam Petri Bibliothecæ plures se debere fateantur, & cuius liberali studio parva auctorum volumina ab interitu vindicantur.

* Gallia insuper habet, quos in aciem typographicam edu- cat, ut in qua, stilibi, hæc ars summo studio fuit exculta, maxime accedente Francisci I. erga literas & litteratos, eo- rumque velut auctores, & promotores Typographos, liberali- tate. Ut qui non contentus Regios Professores amplo hono- rario sustentasse, & aliunde Lutetiam invitasse, nisi & Typo- graphum Regium, typis regis, & regia impensa instrueret. Succipit id nomen Robertus Stephanus, cuiusque laborem, & industriam voluminam, quæ typis suis vulgavit, amplissima seges commendat, nisi quod plura in illis censuræ subicien- da veniant, ut qui ad forsietatem, cum in utraque Lingua veritas haberetur, sapere non laboraret.

B * Christophori vero Plantini Turonensis memoriam nul- la unquam debet oblivio, utpote cuius studium, & labor in Typographica arte promovenda tantum emicuit, ut nulla Gymnasia, nulla doctorum virorum contubernia, Bi- bliothecæ nullæ, quæ non Plantini memoria Augusto eloquio repræsentent. Quantum enim in reconcinandis, instruendis, orandisque typis defudat, docet docta suppellex librorum toto orbe dispersa, qui amplissimum Plantini nomen, titulumque præferant. Quorum etiam splendor, varietas, & typorum elegantia, pluribus locis Leonibus ex fide incisis condita, omnium mentes in stuporem rapit. Ita ut communi cuncto Plantinus Typographicæ artis, ex quo pri- mum inventa ea est, deus immortalis fuerit consecutus, cun- ctisque, quinalis Christiani orbis regionibus huic etiam arato sanctum admoventur, Labore & Constantia, quod æs fecit manum, & hætenus libris omnibus una cum Circini imagine præponitur, facile superavit, ut virtutis merito Ar- chitypographi Regiæ majestatis appellationem fuerit sortitus. C Et quantum omnia, quæ sub Plantiniano pollice ducta inu- sitatam laudem mereantur, excudent tamen & infinitis para- frangis reliqua præcellant Biblia illa verè Regia, Hebraico, Græco, & Chaldaico idiomate, tennique Latinis versionibus, ac propriis cuiusque Genis characteribus, typorumque va- rietate distincta, & mira membranarum elegantia adornata. Reliqui heredes Plantinus, ut virtutis æmulos, ita etiam Typographici studii æque felices imitatores. Qui optimum parentem in Ade principali Antuerpiæ, ubi totam penè æta- tem exegerat, ad dextram summi chori conditi hoc Epita- phio profecti sunt.

D. O. M. S.

CHRISTOPHO PLANTINO TURONENSI, CUI ET INGLE ANTUERRIANO, ARCHITYPOGRAPHO REGIO, PIETATE, PRUDENTIA, AC RACIOMIA INGENII MAGNA, CONSTANTIA AC LABORE MAXIMO, CUIUS INDUSTRIA ATQUE OPERA INFINITA OPERA, VETERA, NOVA MAGNE ET HUIUS ET FUTURI SECVLI BONO IN LUCEM PRODIERUNT. JOANNA RIVIERA CONJUNXIT ET LIBERIS HEREDESQUE, ILLA OPT. VIRO HI PARENTI, MOESTI TU QUI TRANSIS, ET HEC LEGIS, BONIS MANIBUS BENE PRECARE. Vixit ann. LXXV. Desit hic vivere Anno MDCXII. Kal. Quinctilid. Idibus. Anno Christi. MD. CXXIX.

* Plantiniana officina, & Typographia in Joannem More- tum generum translata fuit, qui Sœcenii sui laborem, & con- stantiam in defessa assiduitate profecurus, id quod vixit effecit, ut in utraque ipsum Plantinum velut redivivum exprimeret, & totum orbem nominis ipsius celebratè, typorum nitore, ele- gantia, varietate, & papyri insuper præstantia, & errorum ex- B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.

quinta proscriptio, quibus in rebus alias Christiani orbis officinas una hæc præcellit; in omnium animis firmaret. Reliqui hic heredes Joannem, & Baltazarem, qui laborem, & onera parati, dum ille officinæ prodest, Typographia ita sedulo præest, ut & avitum paternum nitorem amulen- tur, aucto etiam insignis adficii & prælorum sublatione Ty- pographæ: fratre interea immatura morte sublato.

* Tyrannis. Tyrannus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Tyrannis, & Tyrannus Græcæ dictiones sunt. Estque Ty- rannis nihil aliud quam crudele imperium, sive domi- natio unius, spectans proprium commodum. Unde Cicero, Tyrannus, inquit, sibi conferens intendit: Rex vero quod utile est subditis. Idem habet Arist. in 1. Ethicor. Unde Ty- rannus dicitur, qui taliter præest, sive qui potestate quam in alios accipit, abutitur. Accipitur tamen nonnunquam apud Veteres in meliorem partem: quomodo apud Virgilium 7. Aeneid.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni. Hebraicè vox est modica, quæ in utraque partem usurpatur, F ac dicitur, Moschel, Minchbal, Mensi belet. imperium, pote- stas, dominatus, à verbo Maschal, imperavit.

SENECA Tyrannum vocat eum. Qui Sceptra duo (siveus im- perio regit) Claudians bello Gild. in hoc vitiorum portentum invenitur his verbis.

Instat terribilis visus, morientibus heres, Virginibus raptor, thalamis obscenus adulter, Nulla quies: oritur præda cessante libido. Divitiibusque dies, & non metuenda martiri, Quisquis vel locuples, pulchra vel conjugis notus, Crimine pulsatur falso: si crimina desunt Accitus conviva pete, mors nulla refugit. Artificem, varios succos, spumasque requirit Serpentina virides, & adhuc ignota movercis Gramina, si quisquam vultu præsentia damnet, Liberius gemat lapidus crudelis in ipsi. Emicat ad natum stridit mucrone minister. Fixus quisque thoro tacita formidine libat Carnifices epulas, incertaque pocula pallens Haurit & interior capiti circumspicit enses. Splendet Tartareo squalis mensa parata, Cædo mædus, atrox gladio suspecta veneno, Ut vino calefacta Venus, tum sevir ardet inani Luxuries, mixtis redolent anguenta coronis. Crinitos inter famulos puppenque canoras Ornatas jubet ire nurus, superque percipit Aridare viris, Phalarim, tormentaque flamma Profuit & Siculi mugitus ferre juvenis, Quam tales audire choros.

Vox autem Tyrannus, sive Tyrannis, qui latrociniis erant infames, sive à Tyro Civitate, sive à tyro tyro, quod est cogere, ac vexare populos, post Homerum cepit usurpari circa tempora Archilochi, ut est auctor Hippias Sophista. Nec ab Euripide titulum, unius Tragediæ Tyrannus, sed ab alio impostum existimant.

Sunt qui hanc Tyranni definitionem tanquam omnibus numeris absolutam tradunt. Tyrannus est, qui libidine ar- dens, furore præceps, legum potestatem, sanctitatem ju- diciorum, senatus auctoritatem, divini cultus religionem, innocentiam subditorum, morem majorum, denique divina, & humana jura nefariè proculcat, dummodo per vim, & nefas, principatum, quem vel legitime habet, vel invasit, teneat, & conservet.

Buchananus l. 7. rer. Scot. dicit, Tyrannum esse scopum ad omnium hominum odium propositum, qui nec diu ita- re potest, & ubi cecidit, omnium suorum una fecum ru- nam trahit.

Interim Tyrannus nomen etiã proprium olim fuit, meminere hujus nominis Senec. l. de brev. vita & Strabo l. 13. referens quendam Grammaticum hoc nomine In abis. Apoll. l. 19. v. 29. describitur Paulus quotidie disputare in schola cuiusdam Ty- ranni, quem fuisse ita appellatum ex nomine, non autem ex dignitate sentiunt contra Heraclum plerique eruditi, & confirmat hanc sententiam Jacobus Lapidus, eo quod nomini ipsius Tyrannus addatur, Tyris, quidam, sive cuiusdam, qui mo- Aaa 4 dus

ad loquendi uisus est, quando is, de quo loquimur, igno-
tus est. Immo Baranius l. 7. Annal. suspicatur fuisse illum Ty-
rannum Sophistam, quem Suid. Scribit edidisse 10. libros de
statu, & divisione orationis.

TYRANNUS DUPLEX.

Advertunt Canonista, fieri dupliciter posse, ut quis fit Ty-
rannus. Primo ratione Tituli, nempe si absque ullo titulo
regnum armis invadat, vel occupet: Quomodo Turca orientem,
& vicina regna, & vocatur Tyrannus usurpatione potestatis.

Secundo ratione regiminis, five administrationis, ut si ve-
rus aliquem, & legitimus Princeps flectat administrationem
regni ad sua privata commoda, subditos opprimendo, exactio-
nando, leges adversis bonum publicum condendo, &c.

Quoad priorem convenit inter omnes, posse a quocum-
que interfici, ita S. Th. 2. Sent. dist. ult. q. 3. art. 2. ad 5. ubi pro-
fe adducit Ciceronem laudantem eos, qui Caesarem occide-
runt, quamvis illius familiares essent, ubi tamen attendendum
est, primo debere constare occisori illum esse injustum
B invaloratum, 2. ut non sit contra voluntatem Reipub. Posterioris
generis Tyrannus a privatis interim non potest, quam
dum manet Princeps, ut bene probat. Alphonsus in Castro lib.
de Heref. verbo Tyrannus. Vide infra a Titulum de occidendo Ty-
rannum.

TYRANNORUM STATUS, MORES,
ODIUM, VITA, PER EXEMPLA,
& Apophthegmata.

Si Tyranni queris imaginem Leonem, Ursam, Lupum aut
Aquilam cogita, quae laniatu vivunt, ac praeda. Ut quoniam
intelligunt sese omnium odii obnoxia, omnium infidiis peti,
praeruptis in locis sese continent, aut specubus, & solitudini-
bus abduunt sese. Nisi quod horum quoque savitiam superat
tyrannus. Dracones, Pardi, Leones, caeteraque immanitatis
damna crimine animantia, a suo genere temperat, & tuta est
inter feras similitudo morum. At Tyrannus homo in homines,
civis in civis potissimum feritatem suam exercet.

Est tyranni quidquid habet quisque subditus, amplum,
C egregium, pulcrum, five in rebus mobilibus, five in rebus so-
lidis occupare, & sibi detinere. Quidam in apoph. Polit. Sylva
ex Plinio.

Tyrannorum est majoris momenti negotia publica ad se
solos revocare: Senatum autem publicum de his rebus allo-
qui consilium in frivolis propositionibus, & nullius mo-
menti rebus detinere, & consulere. Idem.

Tyrannica ingenia semper improbiis, adulantur, alicui ser-
viunt, inquieta vivunt, furiosi, & cruciatibus conscientiae tor-
quentur, denique sunt proflus infelicia, ac misera, quamcum-
que vita letitiam simulent, aut praese ferant. Idem ex Platone
lib. 6. de rep.

Tyrannus morte caeterorum hominum ingenuorum, neque
domo solus egredi, neque publicis conventibus interesse,
neque libere loqui, vel vivere potest, sed velut mulier inter
privatos parietes latitans, vel stipatoribus tanquam carcere
circumscriptus, ab usque citam observatus, & ab iis sibi metuens
latet, & vivit. Idem ex Platone.

Tyranni, & vestissimi Principis futuri signa sunt, si quis im-
perium adeptus, vultus hominum in crimen trahat, adulatione-
D nes super modum requirat, verba consiliorum publicorum
capit, & delatoribus aures praebet, iudicia hominum de se qua-
lucunque, aut libera de rep. voces pro crimine habeat, deni-
que cui boni sunt suspecti. Idem ex Tacito 1. Annal.

Bras rogatus, quodnam esset ex animalibus perniciosissimum?
Sylvestrium, inquit, tyrannus: domesticorum,
adulator. Plur.

Thales sciscitatus, quid difficile unquam vidisset? Tyrannum,
inquit, senem. Plur.

Democritus, cum apud Dionysium quaeretur, quod aere
genus esset optimum? Ex quo, inquit, Athenienses statuas fecerunt
Harmodio, & Aristogroni. Quo ostendere voluit, ty-
rannos esse medio tollendos esse: & his, qui eiecissent ex aere
statuas etigendas esse more Atheniensium. Laert. 9. Idem tribuitur
Diogeni a Laert. 6. & Antiphoni oratori a Plur.

Diogenes, percontanti, quo pacto Dionysius uretetur
amicis? Ucutribus, inquit: plenus suspensus, inanes abicit,
significans, in Pharisais campis habitum. Laert.
lib. 6. Idem dicebat, Caeteris mortalibus, quibus res sunt pro-

perat, in eunda est mors odiosior: rursus infelicitibus vita gra-
vis est, mors optabilis, ac horum utrumque tyrannus est. E
molestus. Siquidem ut vivunt infansius, ita qui mortem vehe-
menter optant, ita mortem perinde metuunt, quasi vitam sua-
vissimam degant.

Anaximenes interrogatus, quid ad familiaritatem difficile
esset? Tyrannus, dixit. Stob. ferm. 47.

Antisthenes carnifices tyrannus longe praeferebat. Cujus cau-
sam interroganti cuidam, respondit: A carnifice quidem homi-
nes injusti interimuntur, a tyranno autem etiam infantes. Ibid.

Timon Alcibiadis crudelitatem notans, redeunt ad concione,
ait, Maeste virtute adolefcenti! auctoritate tua potentiam
auge, magnam enim huic Reip. perneciam augebis. Plur.

Demosthenes audiens quorundam improbari tyrannidem:
Rex, inquit, malus, & tyrannus, res est inimica bonis civibus,
& legibus contraria. Favorinus.

Argues, iter aliquando faciens per Siciliae Selinuntem, cum
in sepulchro quodam hoc elegiacum legisset:

Hocce Selinuntis quicumque tyrannide Mavors
Exinere, ferus perdidit in foribus, &c.

Jure peris, inquit, qui adentem tyrannidem extinguere
conati estis. Nam permittendum potius fuit totam cremari. F
Plur. in apoph.

Demochares, apud Athenienses cum decemurum esset, ne
Demetrii quadam epistola ad populum afferretur, Athenienses
mox penitentia adii, auctores ejus decreti in exilium
miserunt, ac decreverunt, ut ea omnia, quae a Demetrio ju-
berentur sancta apud Deos, iustaque homines essent. Verum,
Demochares Spartata, ad tyranni potentiam alludens: Infa-
nriret (inquit) Stratoles, nisi hoc pacto infanriret. Etenim plu-
rimum ob hujusmodi adulationes pretii ferebat scyphanta
Stratoles. Plur. in Demetrio.

Xerxes, Graeciae bellum indidituros: convocatis omnibus
Asiae Principibus dixit: Ne videret meo tantum consilio hoc
aggressus, contraxi: vos caeterum memento, mihi parendum
magis quam suadendum. Vox his tyrannica: & quod princi-
pum conventu pro fucio abuteretur, & quod negotium mul-
to periculosissimum sua unius cupiditate verius, quam consilio
suscepit. Erasim. lib. 5. apoph.

Cum Dionysius exprobraret Aristippo, quod nihil utilita-
tis ab eo accepisset. Verum ait, dixit. Si quid enim tibi pro-
fuissem, non fecus a tyrannide, quam a comitali morbo libe-
rari voluisses. Stob. ferm. 47. Idem regnum a tyrannide tantum
differre dixit, quantum rex a Republica statu absque legibus,
& libertate a feryiute. Stob. eod. ferm.

Dionysium tyranni mortem cum omnes Syracusani appet-
rent, sola Hiera mulier Deos orabat, ut Dionysius diu super-
fuisset. Quod ubi refecit tyrannus, rogavit veculam, quam
ob causam Deos oraret, ut longam sibi largiretur vitam? Tum
illa: Puella cum essem, ait, gravemque tyrannum haberemus,
occidi illi cupiebam. Eo mortuo, aliquando deterior tyrannidem
occupavit: ei quaeque mortem imprecata sum, & ex sententia
evenit. Te vero longe deteriorem nunc habemus. Verita igitur
ne te absumpto deterioris in locum tuum substitueretur, te
dum incolemus nobiscum esse unice cupio. Bruf. lib. 9.
cap. 21.

Phalaris dicere solebat: Ego, qui expertus utrumque sum, ty-
rannidem malum fuisse, quam praesentem. Subditus enim alicuius
malorum securus unum tyrannum metuit: tyrannus autem &
eos, qui foris insidiantur, & illos, per quos fervatur. Stob. ser. 47.

Ptolemæus, cui cognomen fuit Philadelphus, dicebat: in
tyrannide, cum alia multa esse gravia, tum illud maxime quod
immitis occidere cogatur, utilitatis suae gratia. Idem.

Quidam Bruti statuas subseripsit, Utinam viveret, quod
opera Bruti Tarquinii ex urbe depulsus esset. Caeteris statuas
subseripserat hos versiculos:

Brutus, qui reges eiecit, consul primus factus est:
Hic quia consules eiecit, rex postremus factus est.

Erasim. l. 4. apoph.

T. Quintius contra Philippum Macedonem missus, cum
in colloquium venisset, & Philippus obfides postularet, quoniam
apud Romanos multi essent duces, ipse autem solus in-
ter Macedones, se cito sformate illius tyrannidem taxans
Quintius: Tu nempe, ait, te solum celsicisti, quippe qui amicos,
& cognatos occidas. Plur.

M. Antonius, cum Rhodum insulam vi cepisset, & inin-
gressu salutareretur rex, atque dominus: Nec Rex sum, inquit,
nec Dominus, sed regis, ac domini interfectores. Plur. in Ant.

Pompejus post praedium in Pharisais campis habitum, in
Aegyptum profugit, cumque e treremi descenderet, in scal-

mum piscatorum ab Aegypti rege missum, conversus ad uxorem,
ac filium, nihil aliud dixit, quam illud Sophocleum:

Ποῦς τὸ τυραννῶν ἔτος ἡγορεῖται
Γαίτην ἀπὸ τῶν δίδως, καὶ ἐκείνους, πόδα.
Quisquis tyranni ad tella demigaverit,
Fis servus illi, liber estsi venerit.

praesertim videretur imminens exitum. Ubi enim descendisset
in scapham, ictus gladio, semel tantum emisit suspitum: &
obvoluto capite praedito se occidendum. Plutarchus in A-

popobreg. NERO cum nihil flagitiorum sibi non permitteret, elatus
tanto rerum successu, dicebat, neminem principum ante ip-
sum fuisse, quid, & quantum sibi liceret. Verum qui hoc di-
xit, sensit tandem, quid vicissim liceret populo in malum
principem. ex Suet. in ejus vita.

Noctu quidam simulabant se servare in servos, petebantque
vindictam. Vindex autem erat defecionis in Nerone dux.
Ex hoc joco notabatur, jam non ferenda Caesaris tyrannis.
Suet. in ejus vita.

Nero desperatis rebus noctu adit hospitium singulorum,
de fuga consulitur, cumque fores omnium ocellas re-

B perisset, reversus in cubiculum, comperit, & custodes dis-
fugisse, direptis etiam fragulis, & amota veneni pyxide,
quam in extremum casum paraverat, mox Mirmillonem no-
mine Spiculum requisivit, vel alium quemlibet, cujus manu
periret: ac nemine petto. Ergo ego, inquit, nec amicum ha-
beo, nec inimicum? Decretum erat, eam belluam publico
urbis odio immolare. Suet.

Barto Dalmata Tiberio interrogatus, cur toties cum suis
defecisset, & Romanis tantam cladem intulisset? respondit.
Vos in causa estis: aut pastores, sed lupos. Sentiens, gubernato-
rem, aut Caesaris tyrannidem defecionis causam fuisse.
Dion. in Augusto.

CALIGULA, cum audiret forte reges, qui officii causa in
urbem advenerant, inter se super cenam de nobilitate generis
concertantes exclamavit: De caelo venit nobis rex, & adjecit
carmen Homericum:

Εἰς καίπαρος ἴσω, ἢς βασιλεύω.
Unus Dominus fit, unus rex.

Nec multum abuit, quin statim diadema fumeret, speciem-
que principatus in regni formam converteret. Suet. Idem. An-
toniae avia pro sua auctoritate momenti, ut quaedam fecus
agnie: Memento ait, mihi omnia in omnes licere. Talia por-
tenta tum principum titulo pertulit mundus, quae non com-
memorantur, nisi ut eis his principibus prodigiola feritatis
horror incutiatur. Erasim. ex Suet.

SCURRA quidam ad Claudii tyrannidem alludens, ait, in
unum annulo bonos principes posse scribi, atque depingi om-
nes. Bruf. l. 6. c. 21.

LUDOVICUS XII. Galliae rex plebem, & rusticos dicebat
esse pascua tyrannorum, & militum tyrannos autem, & mili-
tes pascua esse diabolorum. Annal. Franciae.

In tyrannide licet pro libidine agere omnia impune. Hac
virum, etiam si optinus omnium fuerit, tamen, cum in ca-
postus est, extra consuetos abicit sensus. Quippe cum praer-
vidiam ab initio ingentiam homini, ingeneretur ex praer-
bitibus bonis infelicitia. Hac autem duo habens, omne
vitium habet tam per infolentiam, quod expletus omnibus
rebus est, tum per invidiam multa facinora admittens. At
enim tyrannus, ut qui omnia bona obtineat, debet esse sine
livore: verum ita natura comparatum est, ut is sit adversarius
popularibus suis; siquidem eorum optimis quibusque, qui
superfluites sunt, atque vivunt invidet, deterrimis delectatur:
D & quod indecentissimum est, criminaciones admittere opti-
mum putat. Nam si vis admirare eum modeste, offendentur
quod non effuse hoc facias, offendentur quasi sibi assentis:
Et ut exequar dicendo, quae maxima sunt, jura patris labo-
factat, seominis vin adfert, indemnitatis interimit. Herod. l. 3.
Joven. Sat. 4.

Sed quid velocius aere tyranni?
Cum quo de pluvibus, aut aestibus, aut nimbo
Vere locuturi fatum pendebat amies,
Quicquid conspiciunt, pulchrumque ex aequore totis est.
Res fieri est, ubiqueque natus.

Boet. de Philof. consol. l. 1. metro 4.

Quid tantum miseris feror tyrannos
Mirantur sine viribus juvenes?
Nec speres alicui, ne extimelcat.
Exarmatensis impotentis iram.

Ac quisquis trepidus pavet, vel optat,
Quod non sit stabilis, sique juris
Abicit clypeum, loquique motus
Nescit, qua valeas trahi, catenam.

Ex Graeco quodam Comico

Tyrannus δὲ τῶν σιδας ἡραδύμους.

Τὸ πρὸς ἄριστον ἴδω, τὰ δὲ δέμοιοι δέωσαν.

Vultu tyrannis est quidem latissimus:
Intus dolores sed fovet gravissimos.

Verè dixit Euripides

Tyrannidis verò perperam laudate?
Vultus quidem incundus; interiora verò tristia sunt.

Hoc praeter caeteris accidit Herodi Regi. Ita enim de eo scribit
Flavius Josephus Antiq. Judaic. lib. 17. c. 7. Desperata salute,
quod jam ad 70. aetatis annum accederet, mirum in modum
efferratus est: ita impatiens, & amarulentus in rebus omnibus.
In causa erat opinio contemptus, quod exillimaret gentem
Judaicam latari suis infortuniis.

Alterum exemplum habemus in Jugurtha. Cum enim ob
crudelitatem omnium animos a se alienasset, & invidus
suis, & alienis esset, accedente meticolositate, ita de eo
scribit Salustius: Neque post id locorum Jugurthae dies, F
aut nox ulla quieta fuit, neque loco, neque mortali cuiquam,
aut tempori satis credere: civis, hostisque juxta metuere, cir-
cumspicere omnia, & omni strepitu pavescere, alio, atque
alio loco, saepe contra decus regium, noctu requiescere: in-
terdum somno excitus, arptis armis, tumultum facere: ita
formidine, quasi vecordia, exagitari. Et paulo post. Jugur-
tha amissis amicis, quorum plerosque ipse necaverat, caeteri
perculsi formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bochum
perfugerant: cumque neque bellum sine administris gerere
posset: & novorum fidem, in tanta perfidia veterum experi-
ri, periculosum duceret, vagus incertusque agibat, neque
illi res ulla, neque consilium, aut quicumque hominum satis pla-
cebat: iuncta, praefectisque indies mutare; modo adversum
hostes, interdum in solitudines pergere, saepe in fuga, ac
paulo post in armis spem habere, dubitare, virtuti, an fidei po-
pularium minis crederet, ita quocumque intenderat, res ad-
verse erant.

TRYZUS tyrannus, ut refert Elianus lib. 14. distor. var. cap.
122. volens omnes conjurationum, & insidiarum contra se
vias intercludere legem suae regionis incolis posuit; ut nemo
cum altero, neque privatim, neque publice sermones mitteret,
quod fuit gravissimum, minimeque ferendum. Itaque do-
lo tyranni mandatum elaserunt, & oculorum, manuumque
gestibus, & nutu animi sensa mutuo significabant, & accipie-
bant. Alias igitur acerbo vultu sese invicem intuebantur,
alias placata, facieque lata, atque ex uniuscujusque superci-
liorum contractione perspicuum erat cum tristitem, & intole-
randum rerum statum indignè ferre, animi affectione per vultum
ei, cum quo erat declarata, & ostensa. Sed haec etiam Ty-
rannum commovebant, quod existimaret silentium quoque,
propter varietatem gestuum, & concinnationem vultus,
proptus mali quid sibi molituram esse. Proinde etiam illud
lege abstulit. Quidam igitur desolationem illam egre, mole-
stèque patiens, & cupiditate dissolvenda tyrannidis permo-
tus, in forum progressus est. Ibi stans multum, & servi-
de lachrymatum est, quem circumsteterit consilens omnis mul-
tudo, quibus etiam ipsis in fluxum, ac lacum erumpentibus,
nuntius ad tyrannum allatus est, neminem quidem nutibus
uti, at lachrymas frequenter emitti. Quiescens ut & illud
prohiberet, neque solum linguam nutusque servitute con-
stringeret, sed etiam oculis a natura tributam libertatem cri-
peret, quanta potuit celeritate, pedes cum stipatoribus, & fa-
tellitibus accurrit, ut lachrymas sedaret. At cum de longo
H vix eum vidisset, eripientes arma satellitibus, tyrannum in-
terfecerunt.

Rectè itaque, & vivis coloribus depingit Tacitus faciem
civitatis sub tyranni jugo gementis: Non alias magis, inquit,
anxia, & pavens civitas, etiam adversum proximos. Congressus,
colloquia, nota ignotæque aures vitari: etiam muta, &
inanima, tecta, & parietes circumspiciantur. Et alibi. Un-
de plena omnia suspitionum, & vix secreta domum sine for-
midine.

Idipsum indicare vult Seneca Tragædas in Othavia de Ne-
rone, hisce versiculis:

Licet extruat marmoribus, atque auro rigat
Superbus aulam: limen armatae ductis
Servens cohortes: mistat immensas opes
Exhaustus orbis: supplices dexteram petant

Partib.

cio, quod rogatus à Nerone, illum ad sibi inferendam mortem A juvillet. Suet. in Nerone cap. 49.

THEOPHILUS Imperator Constantinopolitanus, iussit omnes vocari, qui necato Armenio Imperatore, patrem suum Imperatorem creassent, ut eis rependeret beneficium: vocatos autem ad unum interficere iussit.

BESSUM qui proditorie, ut regnaret in Persia, regem suum necaverat, Alexander Magnus, quamvis ei Darius fuisset hostis, iussit crudeli supplicio affici, ut patricidium ita grave subditi in suum regem expiaret. Q. Curt. 1. 6. de gestis Alexandri.

Essæi, qui inter Judæos profitebantur executionem verbi Dei, resolverunt etiam Principes supremos, qualescumque sint, inviolabiles inter subditos, ut sacros, & missos à Deo esse debere. Joseph. de sectis Judæorum.

Lege divina scriptum adhuc; Principi populi tui non maledices. Exod. 22. multo magis prohibuit, ne eum occideret; maxime, qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit.

* TYRANNORUM USURPATIONE POTESTATIS CEDES LICITA, & DE ILLA LEGES.

B Adversus Tyrannos, qui alienos principatus per vim invadunt, & obtinent, leges olim late de iisdem offendendis, & trucidandis; immò & præmia Tyrannicidii decreta. Cic. 1. 2. de inventione, meminit de duabus legibus de necandis tyrannis, & de premio necantium: quarum prior.

Qui Tyrannum occiderit Olympionicarum præmium accipito: & quam rem sibi volet, à Magistratu deposito, & magistratus ei concedito.

Alteræ, Tyranno occiso, quinque ejus proximos cognatione Magistratus necato.

Aliæ leges Græcorum, aliarumque gentium, quæ non patiuntur securè vivere tyrannos, & quæ eos exponunt omnium libertati; præmia honores, statusque necantibus statuunt: & novæ quædam eos, ut damnatos, diffidatos, reos non solum majestatis, sed & hostes reipublicæ quictis, & status ejus, morti à quolibet inferendæ, subiciant. Atque ut ait Senec. in Hercule furente.

Vidua aut nulla amplior Potest magisque opima mactari Jovi Quam rex iniquus.

Et lege Græcorum cavetur, ut Tyrannorum filii velut facinoris conscii, parentum crimina luant; & haud secus morte, exilioque multentur. Alex. ab Alex. 1. 2. c. 16. Ita puto, inquit Cic. pro Milone, Græcos homines Deorum honores tribuisse iis, qui Tyrannos necaverunt.

HERCULES non aliunde, aut THEUS videntur famem celebrem nacti, quam ab obturbatione Tyrannorum, ut Aod in libris Judæum cap. 3. dicitur, Salvator à Deo suscitatus, qui Regem Eglon, Moabitaram Tyrannicè imperantem populi Israël, fultit.

Controverfia esse possit, num talis inceptor, quem tyrannum hoc loco dicimus, valeat necari impunè, antequam talis sit iudicatus, & possit præventionem mortis impediri, ne invadat. Solon enim non nisi convictum, & comprobatum permittebat tolli.

Tütius aliis visum, quod lege Valerii Poplicolæ narrat cautum Plutarchus, ut statim ubi caput excruciat factio ad tyrannidem usurpandam, antequam secum populi stragem excideret, sine mora opprimatur: si modo sint argumenta tyrannidis usurpandæ appæntia: nempe si quis factiones agat, aut occupet, populum aucupetur, exercitum constituat, aut quid simile faciat.

Princeps Carthaginensium in Africa Hanno, cum opes suas, quibus Reipublicæ superabat vires, ad occupandam dominationem intendisset, regnumque interfecto Senatu invadere conaretur, & arcem contra Democratiam occupasset, commotis, & concitatis in suam partem servitiis, seu servis: captus, virgis caesus, effossis oculis, & manibus, cruribusque fractis, velut à singulis membris penæ exigenter, in conspectu populi occisus est, corpus verberibus laceratum, crucifixum, filii, cognatique ejus omnes, etiam innoxii, supplicio traditi, ne quisquam aut ad imitandum facinus, aut ad mortem ulciscendam ex tam nefaria domo superesset. Justin. ex Trogo lib. 2.

Finis Libri decimoctavi, sive Litteræ T.



THEATRI VITÆ
HUMANÆ,
AUCTORE

LAURENTIO BEYERLINCK,
ARCHIPRESBYTERO ANTUERPIENSI,

Littera V.

* Asterisci Tuius sive generalibus, sive secundariis, rebusve sub iisdem contentis præfixi, posterioris Auctarii sunt Indices.

* Vacantes.

QUI, ET QUOTUPLICES:

IN GENERE.



VACANTES à vaco, ut absolute ponitur, & idem est, quod cesso ab opere, quomodo Græci vacare dicunt; intelligi possunt generatim omnes, qui otiantur; & ab opere cessant. Uti eam vocem usurpat Cæsar ad Cic. lib. 8. Jucundissimum mihi vacanti negotium erat, tectum otii tempus consumere: & de his agit in loco de Otio.

Propriè tamen vacantes dicuntur Cævi, quasi præcincti honore otiosi cinguli. Iust. C. de Primicer. cum jam nulla dignitate fungantur, sive munere excefferint, sive nunquam munus gesserint. Ita 1. 3. de Naufrag. Vacantes vocantur, qui publico officio vacui sunt. Cælius Avelian. 1. 1. c. 2. tard. Passio. vacuos homines dicit, sine exercitio vitam trahentes.

GRADUS VARIÏ.

Vacantium gradus reperiantur apud veteres. Primus erat illustrium, neminit horum Cassiod. 1. 6. Erantque in actu positi. II. Erant Præsentium. III. Absentium. Erant etiam inter vacantes otiosi milites supernumerarii, adscriptitii, quales Alexandrum repulisse, ne annoniæ Republicam gravarent, auctor est Lampridius. Dicuntur autem illi primum inventi à Claudio, ut scribit Suet. cap. 25. lib. 5. quod imaginaria militia genus vocat. Fortassis sub hac constitutiendi illi, quos Entermodos appellant apud Hispanos, qui regium ærarium stipendiis militariibus explant, & in otio vitam transigunt. Inter quos tamen non illos ponendos sentio, qui velut emeriti, ac variis laboribus defuncti, reliquum vitæ, quod superest post sta liberalitatis compensatione transigunt. Certe priores illi Belgicæ calamitatis non modica causa existunt, quando in illos regie opes profunduntur, quæ in militum stipendia erogandæ forent.

IN SPECIE

Vide loco de Libertate, Titulo Libertas considerata respectu rei, à qua quis liberatur. Ubi de munere, officio gravi quolibet. Item Locum de Otio, Quietè.

Vacæ.

Vide in loco de Alimento, Divinatione. Item de loco considerato secundum rem locatam.

* Vacuum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VACUUM Græci vacuè dicunt, & Hebræi Raebab, à latitudine, sive expansione. Et definitur variè à Philosophis. Quidam describunt, quod sit id, quod non habet in se corpus sensibile. Alii, quod non habet in se corpus grave, aut leve. Alii verò, in quo nihil est.

Sed optimè Aristoteles vacui naturam expressit, dum lib. 4. Physic. cap. 7. definit, vacuum esse locum corpore carentem. Estque definitio quid nominis, cum vacuum nihil sit, neque sit quid existens in rerum natura, unde sensus illius dari solet, quod sit superficies, concava corporis contentivi, seu apti continere, non tamen actu continentis corpus adæquatum, & ita distinguitur à loco, qui actu continere debet corpus adæquatum.

NULLUM DATUR.

ARISTOTELIS doctrina est contra aliorum opinionem, non dari vacuum in rerum natura, immò nec dari naturaliter posse. Reluctatur enim natura vacuo, & ad ipsum impediendum variè se impellit. Hinc enim levità sursum, & gravità deorsum feruntur, & experimur vas aqua plenum si supernè se congelatur, & in minorem contrahatur locum, ipsum frangi, ut aerem admittat in locum ab aqua vacuum. Folles clauso orificio extendi non posse: vas iniquore plenum non effluere, nisi in locum illius succedere possit aer.

Vacuum ne sequatur, in cucurbitulis ignitis aerem, qui rapidissime furit, sequitur aer intimus in cucurbitulam, & secum rapit humorem, & cutem. Sic in Plur. Tim. 83.

Vacuum